

Georg Dasen

**Programma, Quo Rector Academiae Rostochiensis Georgius Dasenius Professor  
Mathematicum pub. Cives Academicos & inprimis Studiosos iuvenes, Ad Festos  
dies Nativitatis Christi recte considerandos, pie peragendos & celebrandos  
adhortatur**

Rostochi[i]: Pedanus, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734607156>

Druck Freier  Zugang



RU. Progr. 1635

1) Nicolaus Schütz

2)

3) Georg Dasenius.





PROGRAMMA,

Q u o

Rector Academiae Rostochiensis

GEORGIUS  
DASENIUS


Professor Mathematicum pub.

Cives Academicos & imprimis Studiosos ju-  
venes,

Ad

Festos dies Nativitatis CHRISTI rectè  
considerandos, piè peragendos & ce-  
lebrandos, adhorta-

tur.



ROSTOCHI,

Litteris Viduae JOACHIMI PEDANI Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXXV.



RECTOR  
Academiae Rostochiensis  
GEORGIUS DASENIUS,  
Professor Mathematicum pub.

**D**E die natali, certo Domini nostri Iesu Christi in anno Juliano rite constituendo & ordinando, exiit olim apud Ecclesiasticos scriptores & Episcopos in N. T. variae & discrepantes opinioniones & sententiae, quod nonnulli divinando, quidam etiam argumentando certum ac fixum terminum mysterio huius nativitatis assignandum esse, disputarent. Cum enim Vetus institutam in primitiva Ecclesia N. T. fuerit, in natali Domini, quem antiquitus absq. ulla dubitatione, rite investigatum & ordinatum esse putabant, pascha proximum (de cuius quoq. certo die & ordine tenendo ac celebrando non minores, quam de Christi nativitatis die recte ordinando concertationes in Ecclesia fuere) per indiculos notaretur, & ab Episcopo Metropolitano ceteris Episcopis & Ecclesiae ministris, post Evangelicam concionem intimandum populo demandaretur, à quo more subsequutus est hic error & hoc incommodum, quod à Natali Christi die, anni passionis illius numerarentur: quod multae antiquissimorum Scriptorum lucubrationes testari possunt. Hinc immanes disputationes ac certamina tam de die natali, quam de die paschatis observando & determinando saepius in Ecclesia exorta sunt. Quia vero neq. ex sacris litteris, neq. apud probatos auctores aliquid certi de die illa salutari nativitatis Christi constare poterat, & nihilominus verè dignum esset, ac iudicaretur, ut servatoris ac Mediatoris nostri mirabilis ac memorabilis nativitatis dies sacro sanctus haberetur ac coleretur, & evidentissimum natalitiorum ipsius & publicum testimonium usq. ad extremum mundi finem in Ecclesia conservaretur, vetustissimi Theologi, alii alium diem in alio atq. alio mense anni Juliani ariolari & constituere ceperunt, itaq.

& Cle.

& Clemens Alexandrinus, diem natalem Christi ἐν τῷ μηνὶ μαρτίου ἢ ἐν  
 ἀπρίλιῳ h.e. in 19. diem mensis Maii incidisse putat, Eundem errorem fovit  
 antiquitas de die baptisimi & passionis Christi; Hasce opiniones & divi-  
 nationes nullis fundamentis niti ac consistere nō valere, cum viderent, hosce  
 subsecuti, argumentis ex Evangelista Luc. cap. 1. deductis, verum diem Nati-  
 vitatis Christi eruere atque indagare conati sunt, & 25. diem conceptionis  
 ac 25. Decemb. mysterio nativitatē Christi attribuendum esse rati sunt. Hi  
 Zachariam, Johannē Baptistā patrem, pontificem Maximum fuisse firmiter  
 opinati sunt, & censuerunt, Nam Pontificem Maximum semel saltem  
 in anno oportuisse ingredi sanctum sanctorum sciebant, quemadmodum  
 Levit. 16. v. 29. & Ep. Heb. c. 9. v. 7. præceptum esse habetur, Hoc autem in-  
 censum offerendum fuisse Deo ad 10. diem Tisri, eoq; ipso die Zachariam  
 vidisse Angelum, & nocte statim sequenti Johannē Baptistā esse conce-  
 ptum juxta promissionem Angeli & prophetiam ejusdem, diem autem  
 illum incidisse in 27. Septembris: Sexto autem mense post Mariam conce-  
 pisse Jesum Christum & quidem ad 25. diem seu lucem mensis Martii, &  
 quo usq; ad 25. Decemb. dies effluxisse 272, qui fatui in utero concepto ad  
 enitendū matri deberentur, atq; ita Christum, ea nocte qua 25. lucem Dec.  
 antegressa est in hunc mundum editum esse, omnino sibi persuasum habue-  
 runt. Hanc opinionem, D. Chrysostomus præter Clementem amplexus est,  
 qui Canon. 13. lib. 5. Ἦν γενέθλιον ἡ τοῖς ἑμοῖν ἐπιπλεῖσθαι εἰκάδι  
 αἰματὶ τῷ ἐν ἁπλῆς μηνὸς, intelligit mensem Decembrem, nam ip-  
 si primus Mensis Ecclesiasticus est Aprilis, & non Martius, quemadmo-  
 dum nonnulli alii scriptores, qui circa illud seculum vixerunt idem statue-  
 runt, qui octobrem septimum, non octavum numerant mensem. Inter Roma-  
 nos scriptores non reperitur antiquior Ambrosio, qui quoque in eadem  
 persistit opinione cum prioribus, & Zachariam Johannē Baptistā patrem,  
 pontificem Maximum fuisse censet, & ut verbo dicam, omnium præceden-  
 tium & cæterorum quorundam argumenta eō directa sunt, quod Zacha-  
 riam Pontificem Maximum fuisse, arbitrati sint. Quem tamen errorem  
 ipse textus Evangelistæ Luc. c. 1. v. 8, & 9. refutat, hū verbis ἐγένετο  
 δεῦτε ἐν τῷ ἱσραηλινῶν αὐτῶν ἐν τῷ ἱερατεῖ τῆς ἐφημερίας αὐτῶ ἐναντι  
 τῷ θεῷ κατὰ τὸ ἔτος τῆς ἱσραηλίας ἐλάχε τὸ θυμιάσαι. Si igitur ha-  
 bebat ordinem non poterat esse Pontifex Maximus, qui supra omnem erat  
 ordinē, & quomodo habebat, ἐφημερίαν & quomodo ἐλάχε τὸ θυ-  
 μιᾶσαι

puerum autem &c. Sunt & qui 6. Januarij diem huic cultui assignare volue-  
runt, quem ideo res deo Pharia uel Ia em Pharia uocant. Ex hocce tam  
vario & diverso opinionum, cumulo, diuinationes & argumentationes de  
25. die Martij conceptionis & 25. die Decembris constituendo & conseruan-  
do, allatas, plus curiositatis quam veritatis habere, conspicitur. Quod uero ad  
annum natiuitatis Christi certum attinet inquirendum ac stabiliendum,  
toridem fere, quot de die natali eiusdem indaganda, sensus & dissensus, a-  
pud seculum prius inter scriptores, divulgati habentur, Qui autem certiore  
ac ueriores protulerunt sententiam, 28. annum belli Actiaci Christo nato at-  
tribuunt, quippe qui annus initium suum capit a 29. die mensis Augusti, quod  
Toth Actiacus illo ipso die principium suum habuerit, Iccirco & natiuitas,  
Christi incidit in Cyc. Luna 18. anno periodi Iuliane 4771: computi Pa-  
schalis Græcorum 5506, L. Cornelio Lentulo & M. ualerio Messalino Cos.  
cui sententia tanquam omnium uerissima astipulatur Casiodorus, & de  
temporum consideratione & constitutione bene meriti Josephus Scaliger  
& Serbus Caluissus, rerum gestarum notatores diligentissimi & optimi.  
In hanc sententiam descendunt, Maximus Monachus & Cedrenus, qui non  
solum anno Græcorum 5506. Christum in lucem editum affirmant sed & Fe-  
riam 4. insuper & Cyclum solis 18. Luna uero 15. addunt, qui omnino cum  
18. Cyclo Iunæ & 7. Cyclo solis coincidunt. Hi etenim ut singula hæc ritè  
colligerent, adduxerunt locum unicum ex Evangelista Luca, cap. 3. u. 23.  
qui affirmat Christum baptizatum anno ætatis sue circiter 30, u fuit A-  
ctiacus 58. & Tiberij Cæsar. 15. imperii, si itaq; de 58. an. 30. annus Chri-  
sti detrahatur remanet, 28. annus Actiacus, qui Natali Christi debetur.

Horum etenim melior sedit sententia menti,

Namq; fides operi huic Major solet esse uetustas,

Actali auxilio uel defensoribus illis,

Res obscura cupit uolui, atq; inquirere causas,

Ut tandem ex longo sese certamine soluat.

Quoniam, qui uetustiores sunt, illi & tempori natiuitatis Christi, uicinio-  
res fuere, & ab ipsa antiquitate, ejusq; rumore, dictis, fida commemoratio-  
ne, ac traditione, quasi demanu in manum, tanti Mysteriorum sinceriores ac ue-  
riores sententiam audire ac literis propagare ualuerunt, Tres aut sunt  
classes eorum qui annum Natiuitatis Christi satis Curiose ex cap. 3. u. 23.  
indagare & eruere studuerunt.

Harum uero Classium prima paulò ante recitata omnium optima  
habetur

habetur quæ statuit Christum baptizatum esse anno ferme vel omnino 30. ætatis absoluto, & quidem anno Actiaco 25. Cyc. Luna 18. Solis 7 quod & textus ipse evidenter ostendit. Media salvatorem ad baptismum accessisse anno Actiaco undecruesimo, ætatis autem suæ 31. Tertia anno Actiaco 30. ætatis vero 29. Hunc computum ultimum (quem etiamnum in hunc usq; diem implerūq; Europæ partibus à tempore Caroli Magni aut Ludovici Cæsaris usurpare incipimus) introduxisse asseritur Dyonysius Exiguus Abbas Romanus, qui quidem Christum anno ætatis 29. baptismatis levacro usum esse, sibi & toti posteritati persuasit, sed Cyclo luna 12. qui incidit in ann. Tiberij 16. juxta quam computatione Christus anno ferme integro post mortem Herodis, (qui tamen in vivu nato Christo puero exiit esse, ab Evan. Matt. 2. scribitur,) in lucem editus esset. Cuncta hæc hæctenus de anno Christi dicta dependent, ex loco Luc. cap. 3. v. 23. quem alii magis magisq; discutiendū relinquo. Ego plane illorum explicationem, quæ ex vetustissimorum authorum & temporum analysi, Christum 28. anno Actiaco in hunc mundum natum, & baptismatis Sacramento 58. ejusdem, ætatis vero anno 30. ferè vel intorum absoluto, ( in idem enim incidit Epilogismus annorum ) usum fuisse existimant, amplectendam esse censeo, Ex quibus omnibus, & præcipue ex particula versus 23. Lucæ ὡσεὶ τριάκοντα ἐτῶν colligitur quoque, Christum circiter idem tempus quo baptizatus est, natum quoq; fuisse, nam non fuisset habitus circiter 30. ἐτῶν, si non circa illud tempus quo baptizatus est, hanc lucem aspiceret capisset, seu natus fuisset. Cæterum à nato Christo usq; ad herodis mortem seu excessum, integrum biennium absolutam ferme esse, sunt qui asseverant & ex Evangel. Matt. c. 2. v. 16. verbis, ἀνείλε πάντας τὸς παῖδας ἀπὸ διετὸς καὶ ἡλωτέρω καὶ τὸν ἑσθονὸν ὃν ἠκρίβωσεν παρατῶν μαγῶν, Hinc nempe volunt Jesum fuisse bimulum, quod Herodes bimulos jussit interfici, inde etiã sequeretur quod stella apparens tempore nati Christi jam integrū biennium fulsisset, quod neminem pro vero asserere posse existimem, sic enim loquuntur Magi, καὶ ἔτι ὁ τελευτῆσ βασιλευσ τῶν Ἰσδαίων, quæ verba sonant jam resens esse natum puerum Jesum. Si etenim statim stella apparuisset illo die, quo Christus in lucem prodiit, ideoq; non multo post suum iter instituerunt, & Hierosolymam properarunt, nam intra purificationis dies, natum Regem offenderunt in Betlehem, jam non amplius in præsepi & stabulo, sed in adibus juxta, v. 11. c. 2. Matth



καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν βικίαν εὐγεν τὸ παιδίον &c. quod circa ultimi-  
mos dies purificationis factum esse circumstantia docent & stellam, qua eo  
tempore, quo Magi, (quos Susa ex Perside iter suum instituisse loci utri-  
usq; respectus, & Magorum nomen commonstrant, nam Magos Regum persarum  
filiorū inspectores & curatores fuisse Plato in 2. Alcibiade notat) Ieroso-  
lymis cū Herode locuti sunt disparuit, & rursum cum se Berlehemū contulerunt  
Magi denuo super hospitium Christi se cōspiciendū, demisit, Angelum fuisse,  
& instar stellae apparuisse rationes itidem annuunt. Quoniam igitur Herodes  
omnes pueros διατῶσι κατὰ τὴν ἡμέραν Occidi iussit, non in convenienter  
inde argumentandum esse arbitror cum viderit infanticida se à Magis de-  
ceptum, per aliquot menses illum Magorum ad se reditum praesolatum fuisse,  
se, ubi vero se illusum intellexerit, ne in ipso tempore recens nati regis vel  
retro vel porro erraret, non tantum bimulos, sed etiam infra bimacum  
pueros occidi iussit, ut sic tempus suo proposito destinatum eò rectius colle-  
gisse ac sibi accommodasse videretur. Porro cum per illud tempus, quo Chri-  
stus est natus, nulla dubitationes aut concertationes de anticipatione aequi-  
noctiorum & solstitiorum in anno Iuliano, quem tanquam recens correctum  
à C. Iulio Caesare & omnibus suis numeris absolutum credebant, occurre-  
rent, & rudi illo seculo penes Episcopos (quorum maxima erat auctori-  
tatis, & à quibus certi dies, quatuor illorum punctorum cardinalium vulgo  
proponerentur) sui corrigendi & Examinandi Astronomiae studium, &  
temporum designationem resideret, & certas annorum periodos, in-  
tra quas anticipatio aequinoctiorum & solstitiorum fieret, ignorarent, sed ea-  
dem loca in anno Iuliano perpetuo habere, & mundi creationem in 25. die  
Martii, factam, & aequinoctium vernum in eundem incidisse, magna per-  
suasio erat: Mystrium quoq; conceptionis incarnationis Christi ad idem  
tempus, & Nativitatem Christi propè solstitium hybernū contigi-  
sse, pio ac modesto studio, magis, quam certis rationibus ac de-  
monstrationibus observationibusq; crediderunt, & circa diem vigesimum  
quintum Decembris, verbum carnem factum, in mundum venisse publica-  
rant, qui temporis error ab ipso Evangelista Luca, refutatur cap. 2 v. 8.  
his verbis, καὶ οἱ μὲν σοὶ ἦσαν ἐν τῇ κωβῇ τῇ αὐτῇ καὶ λαλῶντες καὶ φυ-  
λάσσοντες ἡσὺν νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποιμνὴν, si itaq; nocturno tempore  
pastores seu opiliones sub dio vivere, ac suum gregem pascere ac custodire  
potuerint, omnino apparet non frigidissimam & intolerabilem aeris consti-  
tutionem (qualis circa solstitium hyemale in hemisphaerio boreali expe-  
ctan-

Etanda & sustinenda accidere solet) sed mediocrem tempericem iura fuisse ratio physica probat, & humana sagacitas comprobat, quandoquidem in Judæa, terra montosa, sub Ele poli 32. grad. circa brumam, licet frigora non sint adeo intensa & acria quam apud nos, attamen mediocria quoque contingere, manifesta evincit ratiocinatio, & hoc ipsum testatur Ev. Joh. 6. 10. v. 22. ubi scribit Encania Hierosolymis celebrata fuisse in hyeme. Et Marci 14. v. 54. Luc. 22. v. 55. Petrus sedit cum ministris Iudeorum ad ignem accensum, & calefecit se pridie ante Paschæ celebrationem quo sol Jere æque noctium vernum occupavit, circa quod tempus in nostro Horizonte & terra ultra ~~septem~~ <sup>trecenta</sup> milliaria germanica septentrionē versus Hyerof. quia distante, non adeo intolerabili Gelu premimur, Si itaq; tempore æqui noctii verni opus habuerint igne ad sese calefaciendum, multo majorem frigoris intolerantiam extitisse circa Solstitium hybernum probabile est Itaq; hinc indubitanter sequitur, nativitatem Christi non circa brumale Solstitium, sed autumnale potius æquinoctium contigisse. Et multo rectius circiter finem mensis Septembris aut principium Mensis Octobris, quo tempore adhuc mediocres & tolerabiles æstus propter longiorem moram Solis in horizonte Iudaico sub Eleupoli 32. existere solent, ut opiliones sub dio αὐτῶν δὲ τῶν commodè degere potuerint. Unde & illud manifestum evadit Mariam parturientem, quia indiversorio ipsi locus non erat, commode instabulum concessisse, ut puta, locam, qui pecoribus vacuus, & ad erendum accommodatus reperiebatur, it emq; præsepe in quo infantulus positus erat, à pecoribus, quæ iridem subdio pernoctem cubare extrastabula poterant, non occupabatur aut impediabatur. Verum enim vero etiamsi olim & hodie passim multæ & variæ opiniones de certo die & anno nativitatis Christi agitatae sunt, inter doctos viros, quibus ego singulis suum iudicium & sententiam relinquo illasam & inviolatam, at amen hæc simplici studio & candido animo proferre ac publicare volui, ut studiosis juvenibus, quid de hoc Sancti mysterij tempore Eruditi viri senserint, iudicarent & præstare vcluerint præmonstrare, atq; in ad uberiore huius rei apud Solertiores auctores investigationem, ansam præberem. Optandū quidem esset certum diem anni natalis Christi apud probatos auctores extare, & in effabilis huius mysterij & reliquorum singulorū festorum dispositionem correctiorem haberi, ut absq; superstitione tum hosce tum & reliquos festos dies per totius anni cursum ritè disperagere & celebrare possemus. Quia vero in N. T. Ecclesia Christi non est alligata ad certos dies, quibus huiusmodi beneficiorum Christi Celebrationes peragi debeant ac communitate factiones & significatio

ues

nes de promissionibus divinis, de cultu Dei, de exercitii pietatis & de salute  
vite eterna per certa tempora dierum & annorum distribuere, utile esset,  
ut ad audiendum verbum divinum & maxima mysteria, tam de Nativi-  
tate Christi, quam aliorum miraculorum ab ipso editorum, ad preces lau-  
des gratiarum actiones populus conveniret: tamen satis nobis sit, ut hujus  
mysterii & ingentis beneficij festum pia mente consideremus, & recte ce-  
lebremus, ac magis solliciti simus ut de voto ac religioso corde peragamus,  
atq; ad augendam pietatem nos verbo Dei conformes geramus, ut luceat  
quoque lux nostra coram hominibus, ut videant nostra bona opera. Qua-  
propter de Christo mediatore & salvatore nostro unico pro nobis nato &  
resuscitato præter Augustini sententiam, quæ extat libro, 9, de civitate  
Dei, cap. 15 nihil addam. Cum enim omnes nos homines peccatis contami-  
nati & aeternæ damnationi destinati sumus & nos ipsos ex miseriis nostris  
eripere & ad cælestè regnum viam parare nequimus, quærendus est nobis,  
inquit Ang. medius, qui omnes ex mortali miseria ad beatam immortali-  
tatem nos eveheret. qui non solum homo, sed Deus esset. Hujus medii  
beata mortalitas interveniendo qui nos duceret quam neq; non fieri mor-  
talem oportebat, neque permanere mortalem, Mortalis quippe factus est  
non infirmata verbi divinitate, sed carnis infirmitate suscepta, non autè  
permanit in ipsa carne mortalis, quam resuscitavit à mortuis, quoniam ipse  
fructus est mediationis ejus, ut nec ipse propter quos liberandos media-  
tor effectus est, in carnis morte perpetua remaneret, proinde mediatorem  
inter nos & Deum & mortalitatem habere oportet transeuntem, & beati-  
tudinem permanentem. ut per id, quod transit congrueret moriturus & ad id  
quod permanet, transferret ex mortuis. Deus particeps factus est humanitatis,  
Compendiū præbuit participandæ divinitatis suæ, adeo quâdo in forma servò  
ut mediator esset, infra angelos esse voluit, informæ Dei super angelos mansit  
Idem in inferiorib. via vite factus est, ut in superiorib. via ipsa esset.

Quem admodum enim juxta Quintilianum boni Grammatici est  
quædam nescire: ita multo magis boni Christiani esse arbitror de Deo ejusq;  
mysteriis pleraq; ignorare, quam periculose cuncta velle scrutari: quippe qui  
velit scrutari majestatem, opprimetur a gloria. Consideremus itaq; & cele-  
bremus hosce dies festos magis quo ad mysterii magnitudinem cordib. nostris  
infigendam, quam quoad certitudinem diei aut anni examinandam, exo-  
sculemur puerum Jesum spiritu gaudii & lætitiæ oris nostri, amplectamur  
eum intimi cordis nostri penetratium ulnis, ut ipsius natiuitas sit salutis no-  
stræ perpetua festivitas, atq; ipsius natalitia sint nostra eterna gaudia.

F I N I S.





Etanda & sustinenda accidere solet) sed mediocratio physica probat, & humana sagacitas com  
 Judæa, terra montosa, sub Ele poli 32. grad. cit  
 non sint adeo intensa & acria quam apud nos, a  
 contingere, manifesta evincit rariocinatio, & l  
 6. 10. v. 22. ubi scribit Encania Hierosolymis celebr  
 ci 14. v. 54. Luc. 22. v. 55. Petrus sedit cum min  
 accensum, & calefecit se pridie ante Pascha cel  
 que noctium vernum occupavit, circa quod temp  
 terra ultra se transentia milliaria germanica s  
 distante, non adeo intolerabili Gelu premimur,  
 etii verni opus habuerint igne ad sese calefacien  
 goris intolerantiam extitisse circa Solstitium hy  
 hinc indubitanter sequitur, nativitatem Christi  
 tium, sed autumnale potius æquinoctium contig  
 ter finem mensis Septembris aut principium Ma  
 adhuc mediocres & tolerabiles æstus propter long  
 zonte Iudaico sub Eleupoli 32. existere sol  
 α. ε. α. λ. ε. τ. σ. commodè degere potuerint.  
 evadit Mariam parturientem, quia indifferen  
 dè instabulum concessisse, ut puta, locam, qui pec  
 tendum accommodatus reperiebatur, it emq; præse  
 erat, à pecoribus, que itidem subdicio pernoctem  
 rant, non occupabatur aut impediabatur. Veru  
 & hodie passim multæ & variæ opiniones de cer  
 Christi agitatae sunt, inter doctos viros, quibus  
 & sententiam relinquo illesam & inviolatam,  
 dio & candido animo proferre ac publicare vo  
 quid de hoc Sancti mysterij tempore Eruditi viri se  
 stare veluerint præmonstrare, atq; in ad uberiore  
 authores investigationem, ansam præberem. Opi  
 diem anni natalis Christi apud probatos aut hor  
 huij mysterij & reliquorum singulorū festorum dis  
 beri, ut absq; superstitione tum hosce tum & re  
 anni cursum ritè peragere & celebrare possemus  
 ssa Christi non est alligata ad certos dies, quibus  
 Christi Celebrationes peragi debeant ac commu

rura fuisse  
 quidem in  
 cet frigora  
 ia quoque  
 r Ev. Joh.  
 me. Et Mar  
 ad ignem  
 sol fere a  
 rizonte &  
 sus Hieros.  
 e aquino  
 jorem fri  
 le est Itaq;  
 tale Solsti  
 tium circi  
 io tempore  
 lis in hori  
 es sub dio  
 manifestum  
 at, commo  
 & ad eni  
 ulg postus  
 tula pore  
 iam si olim  
 nativitatis  
 u judicium  
 mplici stu  
 juvenibus,  
 int & præ  
 Solertiores  
 fet certum  
 in effabilis  
 ctiorum ha  
 s por totius  
 . T. Eccle  
 neficiorum  
 gnificatio  
 ves

quia

